Quelle: https://manuscripta.at/?ID=29365
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

primus

Miserunt ergo eis ipsi sortes cum fratres suos filios aaron et hor est dictum quod sicut filii aaron fuerunt ordinati in officio sacerdotum propter hoc ut predictum est ita etiam isti in officio doctorum tum in equali numero sicut omnis fieret instituti 24 sacerdotes ebedomadarios plures alios sub se habentes sicut fuerunt instituti 24 doctores principales qui hic nominantur sed sabubel iedeiu iesias ysaarios zalemoth iaha diuth ieriab amarias iaziel ythman micha samir issia et isti fuerunt de filiis amram berimon oziam sathur hebri eleazar ieremiel moolieler iesumith isti sunt de filiis merari alii autem quorum nomina hic interponuntur fuerunt fratres istorum vel patres immediati vel mediati et sic interponuntur non tamen principales doctores sed sic eis attinentes Sciendum etiam quod in sano nihil in pluribus aliter sonant in hebreo quam et primatur in libro tam maiores et minores omnis sors equaliter diuidebat quia ille super quem cadebat sors prima erat primo et eius sequentes sive essent in minores in etate sive antiquiores sive maioris reputationis sive minoris Credibile tamen est quod ordinatione prestita futurorum sors prima cecidit sup magis aptum de futuro ad illud officium et sic omne de aliis ordinate sunt dictum fuit nunc xxvi quod in diuisione tice per sortes sic cadebant tribui habenti maiorem multitudinem personarum et minor habenti minorem et sic de aliis proportionaliter sicut quod dicitur pro ib sortes mittuntur in sinum sed ad domino temperantur cap. xxv

Dicitur dauid hic omne agitur de distinctione et ordinatione cantorum Circa quod sciendum quod sunt tres principales cantores sed asaph et heman et iditum et iste sunt principales ratione cetarum de filiis autem istorum trium sunt viginti quatuor cantores et quilibet eorum sub se habebat xii cum associantes et deseruiebant ordinate et 24 ebedomadarios sacerdotum supreadunt ita quod primo de istis viginti quatuor exercebat officium cum primo ebedamo deinde et secundo cum 2o et sic de aliis de istis viginti quatuor cantoribus quatuor sunt de filiis asaph et sex de filiis iditum et iecim de filiis heman institutisunt autem isti 24 cantores per sortes quis esset primo et quis 2o et sic omne ita quod non sint ordinati sum ordinem patrum